



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Practica Cancellariae Apostolicae Cvm Stilo Et Formis In Romana Cvria Vsitatis

Paulus, Hieronymus

Venetiis, 1572

Quando mandatur creari Canonicus in vna Ecclesia, & datur ad aliud
beneficium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10350

*Quando mandatur creari Canonicus in vna Ecclesia,
& datur ad aliud beneficium.*

MAndamus, quatenus si per diligentem examinationem eundem N. ad hoc idoneum esse repereris, sup quo tuam conscientiam oneramus, decanatum Ecclesie Remen cum plenitudine iuris Canonici autoritate nostra prouideas, faciens ipsum N. vel procuratorem suum eius nomine, in dicta Ecclesia N. in Canonicum recipi, & in fratrem, stalli sibi in choro, & loco in capitulo eiusdem Ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignato, p̄bendā verò, & perpetuam administrationem, vel officium ipsius Ecclesie, necnon beneficium Ecclesiasticum sine cura, etiam si Canonicatus, & Præbenda, administratio vel officium collegiata Ecclesia existat, cuiusquidem beneficii &c.

De Canonicatu &c assignatis, præbendam verò, & officium ipsius Ecclesie, necnon beneficium Ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, etiam si Canonicatus, & p̄benda, vel officium in collegiata Ecclesia existat, & ad officia huiusmodi consueuerint, qui per electionem assumi, eorumq; alteri cura immineat animarū cuiusquidē beneficii fructus &c.

De Canonicatu &c assignatis, p̄bendam verò, & dignitatem, personatum, perpetuam administrationem, vel officium eiusdem Ecclesie, necnon beneficium &c. etiam si Canonicatus, & præben. aut dignitas, personatus, administratio, vel officium, aut integra, vel dimidia seu commensalis portio in cathedrali, vel collegiata Ecclesia, aut decanatus, vel archipresbiteratus ruralis, quæ dignitas, extra tamen Cathedralē Ecclesiam reputetur, existat, & ad dignitat. &c assumi eisq; cura immineat animarum, dummodo aliqua dignitatum huiusmodi in Handren. & alia in N Cathedrali maior post pontificalem, seu Collegiata Ecclesia huiusmodi principalis non fuerit. cuiusquidem beneficii fructus &c.

De Canonicatu &c assignatis præbendam verò, ac dignitatem personatum, perpetuam administrationem vel officium dictæ Ecclesie, necnon beneficium &c. etiam si Canonicatus, & præbenda, personatus, administratio, vel officium

officiū Metropolitanæ, vel Collegiatę Ecclesię fuerit &c.

*Provinciæ in quibus decima reducta est sunt sex,
& vnus Episcopatus.*

Archiepiscopatus Lugdunen sis.

Rothomagensis.

Remensis.

Turonensis.

Senonensis.

Bituricensis.

Episcopatus Claromontensis.

Nota circa Collationes :

AD collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quauis aliam dispositionem, Venerabilis fratris nostri Episcopi Eboracen ratione perpetuæ Cappellaniæ, quam in Ecclesia sancti N dictæ suæ mensæ Episcopali Canonicè vnitæ pertinen &c.

Ad venerabilis fratris nostri Episcopi Caren. & dilecti filii Abbatis monasterii sancti Andreae iuxta Lugdunum, ordinis sancti Benedicti vicissim pertin. collationem &c.

Ad collationem &c. Venerabilis fratris nostri Episcopi, & dilectorum filiorum capituli Firman. &c.

Ad collationem &c. Venerabilis fratris nostri Episcopi Amelen. & dilectorum filiorum Priorum, & capituli, singularumque personarum Ecclesiæ Amelen. ordinis sancti B. communiter vel diuisim pertinen. &c.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorum Prioris, & portionariorum secularis Ecclesię sanctæ Mariæ Magdalene Vlixbonen communiter pertinen.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorum præpositi, & capituli sanctorum Cosme, & Damiani Ecclesiarū de N. inuicem canonicè vnit. N. Diocesis communiter, vel diuisim, pertinen.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorum Sacristæ, & Capituli secularis Ecclesię sancti Vincētii N. diocesis communiter pertinent.

M 4 Ad